vix aliud ſupereſt, petet & invadet phraſin: *purgat in æthera.* *Ara.* Atqui ſi recte ordinem verborum ſerves, optime ſenſus ſe habet: *Nubes Nubes* (ſive, obſcurus iſte nebulæ amictus) *ſcindit ſe, & purgat ſe in æt e in æthera apertum.* Pronomen *ſe* hic ἀπὸ τȢ κοινȢ repetendum: ſicut Ænecut Æn. VI. 11. de Sibylla:

. . *magnam cui mentem animumque*
*Delius inſpirat vates*, (cui) *aperitque futura.*

Sed elegantiam hujus ellipſeos ne hi quidem ignorant, qui ære lai ære lavantur. Videatur Cortii Index ad Saluſt. in V. Ellipſis.

Reſtat, ut *nubes ſe purgat in æthera* offenſionis gravitatem haatem habere videatur. Illa vero dictione, ita vivam valeamque, nihil apeihil apertius, nihil venuſtius exſtat. Poeta vult: *nubes tranſit, convertit, mutit, mutat ſe in æthera apertum.* Sed non ſimplici oratione contentus, magis prœgis proprio, ad rei naturam accommodatiore, & prægnantiore utitur verbo. verbo. *Nubes purgat ſe*, ut & mutationem, & mutationem in purius intrius indicet. Exempla ſubjiciemus hujus copiæ poëticæ, in diverſo diverſis iverſis mutationibus aptando ſermone, illuſtris. Hor. I. Od. XIII. 8. *lent.* 8. *lentis penitus* maceror *ignibus.* Non *uror* tantum, ſed etiam ex ign ex igne illo conficior *macie.*

Apud Ovid. IV Faſt. 554. Ceres Triptolemum puerum in foci vi foci vivente favilla,

*Obruit, humanum* purget *ut ignis opus. purget* plus eſt quamt quam *tollit, demit.* Liberandum a mortalis contagione corporis dicit ris dicit Naſo.

Æneid. XII. 861. Furia

*Alitis in parvæ ſubito* collecta *figuram.*

Quæ v. 865. ſimpliciter dicitur *hanc verſa in faciem.* *m.*

Ovid. III. Am. El. V. 12. dixit in liquidas aquas *verſas* nives. At III. At III. Triſt. 27. pulchre: *ſolutas* verno ſole. Pulcrius III. Faſt. 236. *victa*6. *victas* Sole tepente nives.

IX. Met. 399. In annos primos *reformatus* ſenior Iolaus. Concin Concinnius & plenius dicitur, quam *transformatus.* *Re* indicat repetitam petitam formationem.

I. Art. 761. de Proteo:

*Utque leves Proteus modo ſe* tenuabit *in undas. tenues* proyes proprie dicuntur aquæ. Verſus in aquas apte dicitur *tenuatus.* *uatus.* Geminum hoc plane eſt exemplum cum Noſtro Virgilii logilii loco: Ibi

*leves*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden